He ſpeaks nothing according to truth | Nihil ad veritatem loquitur, *Cic.* de Am.
He doth all according to his own mind only | De ſua unius ſententia gerit omnia, *Quintil.*
The cauſe ſhall be weighed according to truth. | Ex veritate cauſa pendetur, *Cic.* pro *Quint.*

To

To live according to one's own nature.	Secundum naturam suam vivere, *Sen.* Ep 41.
According to their villany.	Pro scelere eorum, *Cæs.*

Ad arbitrium, & nutum auditorum totum se fingit, & accommodat, Cic. *Orat. De tuo consilio volo facere*, Ter. *Ph.* 3. 1. *Ex tua Majorumque tuorum dignitate*, Cic. *l.* 15. *Ep.* 12. *Collaudavi secundum facta*, Ter. *Eun.* 5. *ult. Pro mea consuetudine, dignitate*, &c. Cic. *Hunc statum corporis maxime expetit, qui est, è natura maxime*, Cic. 1. *de Fin.*

2. According as) *is made by* prout, perinde ut, pro eo ac, pro eo ut; *as*, II:

According as every man's pleasure is.	Prout cujusque libido est, *Her.*
According as the opinion of every man's manners is.	Perinde ut opinio est de cujusque moribus, *Cic.*
According as I deserve.	Pro eo ac mereor, Cic. 4 Cat.
According as the hardness of the time would suffer.	Pro eo ut temporis difficultas tulit, *Cic.* 3. Ver.

Prout facultates hominis Thermitani ferebant, Cic. *cont.* Ver. *Censent, perinde, utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari*, Cic. 2. *Div.* 42. *Hæc perinde accidunt ut eorum, qui audiunt, mentes tractantur*, Cic. *in* Brut. *Sanè quàm pro eo ac debui, graviter molestèque tuli*, Cic. *Ep.* 5. *l.* 4. *Postquam pro eo ut ipsi ex alieno raperent, agerentque, suas terras sedem belli esse premique viderent*, Liv. *dec.* 3. l. 3. See As, *Phr.* 1.

Note, Proinde *is used in the same sense with* Perinde; *so* Plaut. *Menæch.* 5. 5. Proinde ut insanire video; *so* Cic. *de Invent.* Proinde uti quæque res est, laborandum est. *Only* Turselin *makes a doubt, whether, where* proinde *is so used, there be not a mistake in the reading, and* proinde *read for* perinde. *De Partic. Lat. Orat. c.* 141. *Let the Learned determine.*

PHRASES.

Let him have according to his deserts.	Quod meritus sit ferat, *Ter.* Ph. 2. 1.
It is according to our wish	Voto convenit res, *Ovid.*
According to my former custom	Meo pristino more, *Cic.* pro *Marcel.*

According to the esteem I have of you.
Pro eo quanti te facio, *Cic.* Ep. 3. l. 3.

5. According as there shall be need.
Utcunque opus fit, *Ter.* And. 4. 4.

They are to be valued according to their several weights.
Ea, pro eo, quantum in quibusque sit ponderis, æstimanda sunt, *Cic.* de Fin.

We must now go according to the times.
Nunc scenæ serviendum est, *Cic. Att.*

CHAP. VII.
Of the Particle After.

I. 1. After) *coming before a Noun, which is not the Nominative Case to a Verb, is made by one of these Prepositions,* à, ab, ex, *and* post; *as,*

Presently after the funeral.
Statim à funere, *Suet.*

He was a little after their time
Recens ab illorum ætate fuit, *Cic.*

Nor indeed did I go away any whither after that day.
Nec verò usquam discedebam ex eo die, *Cic.*

After his death.
Post ejus mortem, *Cic.*

Longè à temporibus belli Troici, *Paterc* 1. 5. A jentaculo, *Plaut. Curc.* Ab hoc sermone, cum digressi essent, *Liv.* dec. 3. *l.* 6. *Sic ἀφ' ὕπνε; ἀπὸ δείπνε, à somno; post cœnam.* Futurus sum extra urbem ex Idibus Januarii, *Cic. Att.* l. 4. Hoc erit *post me*, quod ante me fuit, *Sen.* Ep. 54. Post solis occasum, *Curt.* l. 5.

1 Note, *Where place of* dignity *or* office *is expressed, there use* ex *or* post; *as,* Cotta ex consulatu, profectus est in Galliam, *Cic.* Mortuus est novem annis post meum consulatum, *Cic.* de Sen.

2. Note, *Where the* Noun *is properly, or primitively* personal, *there use* post, à, *or* ab, *not* ex; *as,* Callicratides præfectus classis proximus post Lysandrum fuit, *Cic.* 1. off. Qui magistratus multis annis post decem viros institutus, *Cic. Att* 6. 1. *Primus ab Hercule, Tertius ab Æneâ.* L. G. *Qui est quartus ab Arcesilâ,* Cic. 4. *Acad.* 6. *Secundus à rege habetur,* Hirt. *l.* 4. *Bell. Alex.*

3. Note,

3. Note, *Where the* Noun *is a word of* time, *it is often by an Anaſtrophe ſet before its Prepoſition in the Engliſh Syntax, which therefore muſt be reduced into its due place; as, The Conſuls were made,* [*or, they were made Conſuls*] *fifteen years after,* i. e. *after fifteen years.* Annum poſt quintum decimum creati conſules, *Liv.*

2. After) *coming before a Nominative caſe and its Verb, is made by* poſtquam, poſteaquam, ubi, cum, *and* ut; *as,* II.

After I ſhewed them your manners.	Poſtquam eis mores oſtendi tuos, *Ter.*
After I was gone in.	Poſtea quàm introii, *Ter.*
After he was come, he went to the Conſul.	Ubi is venit, Conſulem adiit, *Liv.* l. 37.
After we were ſet.	Cum conſediſſemus, *Var.*
After I departed from you.	Ut abii abs te, *Ter.*

Note, *In this conſtruction* After *may have* That *together with it; as,* After that I had ſhewed, *&c.* After that I was gone in.

Sometimes it is made by an Ablative caſe abſolute; as,

After the Kings were driven out of the City.	Pulſis ex Urbe Regibus, *Flor.* 1. 10.

Eadem timens poſtquam idem cœperat eſſe, quod Pompeius, *Flor.* 4. 2. Poſtea verò quàm reſpicere cœpiſtis, *Cic.* Samum poſtea quàm ventum eſt, *Liv.* l. 37. Ubi galli cantum audivit, *Cic.* in *Piſ.* Cùm peroraverit, tum denique vocem accuſatoris audiat, *Cic.* Ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt, *Cic. Att.* 12. 18. Multis ante legationibus nequicquam ultro citróque de pace miſſis, *Liv.*

3. After) *coming after a Noun of Time,* viz. day, year, time, while, long, little, *&c. is made by the Adverb* poſt, *and* quàm, *if a Verb follow it; as,* III.

An hour after they condemned Gabinius.	Horâ poſt Gabinium condemnaverunt, *Cic. Att.* 4.
Five days after you have gathered them.	Quintâ die quàm ſuſtuleris, *Colum.*

Annibal, tertio poſt die, quàm venit, copias in aciem eduxit, *Liv.* d. 3. l. 5. Poſſum dicere legem, anno poſt quàm lata ſit, abrogatam, *Cic.* 1. pro *Cornel.* Ut anno poſt reges exacto 16. ſecederent. *Ib.* Paucis poſt diebus caſtra communivit, *Ib. l.* 1. Diebus ſanè pauculis poſt, *Ter.* Hec. 1. 2. *H.ther refer*, tanto poſt, aliquanto poſt, paulo poſt, haud ita multo poſt, longo poſt tempore, *&c.* triduo proximo quàm ſit genitus, *Plin.* Tertio anno quàm Cato Cenſor fuerit, *Macrob.* Sat. 3. 17. † *Poſt dies quadraginta, quàm eo ventum eſt, oppido potiti*, Sal. Jug. Poſt diem quartum quàm eſt in Britanniam ventum, *Cæſ.* b. g. 4. 11. Poſt paulo, *Cæſ.* 1. b. c.

1. Note, *If the Term of* time *expreſſed be the* day after, *or the* next day after, *then it hath ſeveral particular elegant forms of rendring it*; *as*, Cùm pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie [*the day after*] ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti, *Cic.* Phil. 7. Poſtero die abſolutionis [*the next day after*] in theatrum Hortenſius introit, *Cic.* Fam. 3. *So* Cic. *hath* Poſtero anno [*the year after*] x. Tribuni Pl. Comitiis Curiatis creati ſunt. *Orat. pro* Cornel. Venatio poſtridie ludos Apollinares [*the day after*] futura eſt, *Cic.* Att. 16. 4. Poſtridie quàm [*the next day after*] ad legiones venit, *Suet. Galb.* c. 6. Poſtero die quàm [*the next day after that*] à Brundiſio ſolvit, *Liv.* Epiſtolam mihi poſtridie, quàm à te acceperat, reddidit, *Cic.* Att. l. 9. Poſtridie intellexi, quàm à vobis diſceſſi, *Cic.* Fam. l. 14.

2. Note, After *is not made by* quàm, *but when a Verb follows it, which in the Engliſh hath, or may have* that *before it: and where* quàm *is uſed, it is put for* poſtquam; *as*, Septem annis poſtquam conſul fuiſſet; *Cic.* de Sen. Quinto die quàm à ſenatu reſponſum acceperint, *Liv.* d. 3. l. 6.

IV. 4. After) *coming after a Verb, is often part of the ſignification of the Verb, and included in the Latine of it*; *as.*

They gape after my goods. | Bona mea inhiant, *Plaut.* Mil.
He looks not after any thing to find fault withall. | Non inquirit, quod reprehendat, *Cic.* Orat.

Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus, Plaut. *Stich. Gazis inhians*, Sen. *Herc. Fur.*

V. 5. After) *ſignifying* according to, *eſpecially if it have*

have after it any of theſe words, manner, ſort, faſhion, *&c. is made by* ad, de, in, *or an Ablative caſe of the* manner *without a Prepoſition*; *as*,

Make it after the ſame manner that———	† Ad eundem modum facito, qui——*Cato.*
He calls him after his own name.	Suo dicit de nomine, *Virg. Æn.*
After the faſhion of a garden	In morem horti, *Colum.*
After mine own guiſe.	Meo modo, *Plaut.*

Deſcripſit pecuniam ad Pompeii rationem, Cic. *pro* Flac. *Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum*, Virg. *Æn.* 1. *Proavi de nomine*, Virg. *Lectas de more bidentes*, Id. *Æn.* 8. *Cum opiparè epulati eſſemus Saliarem in modum*, Cic. *Att.* 5. 10. *Sine nunc meo me vivere interea modo*, Teren. *Meo priſtino more dicendi*, Cic. *pro* Marcell.

6. After) *referring to proximity of* degree, or- VI.
der, *or* ſucceſſion, *is made by* juxta, proximè, ſecundum, *and* ſub; *as*,

Next after God it is in your power.	Juxta Deos in tua manu eſt, *Tac.* l. 5. Μετὰ Πάνα τὸ δεύτερον ἅπαντα ἄλλον ἀπιστῶ, *Ib* Id. 1.
Next after theſe, they are dear who follow your ſtudies.	Proximè hos chari, qui ſtudiorum tuorum ſunt æmuli, *Cic.* Fam. Ep.
Next after his brother he attributed moſt unto them.	Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat, *Cic.* Acad. l. 4. c. 4.
Your letters were read preſently after thoſe.	Sub eas [literas] ſtatim recitatæ ſunt tuæ, *Cic.* Fam. 10. 16.

Nigidius homo, ut ego arbitror, juxta Varronem doctiſſimus, Gel. l. 4. c. 9. *Sapientiſſimus eſt, cui quod opus ſit, ipſi in mentem veniat; proximè accedit, qui alterius benè inventis temperat*, Cic. Brut. *Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine*, Cic. Att. 12. 16. *Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt pugna peditum*, Liv. *l.* 22. † *Quo deinde ſub ipſo, Ecce volat, calcémque terit jam calce Diores*, Virg. *Æn.* 5.

Note, After) *is ſometimes put for* afterwards, after that time, *or* from thenceforward, *and then is made by* exindè, *or* poſtea, *as in that of* Virg. Quiſque ſuos patimur manes,

exindè per amplum Mittimur Elysium, *Æn.* 6. Illum ut primum vidi, nunquam vidi postea, *Plaut.* Epid. 4. 2. *Sometime also by* post; *as*, Ut initio meâ sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim, *Cic.* Fam. Ep. *And sometimes by* posterius, *as in that of* Plaut, *in* Epid. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere. *See* Ter. And. 3. 2. 29. *and* Pareus *de Partic. p.* 340.

PHRASES.

He was a little after his time. — Erat paulo ætate posterior, *Cic.* de Clar. Orat.

The next day after he had killed him. — Proximo die, quo eum interemerat.

It was not long after. — Haud ita multum interim temporis fuit, *Liv.*

Interim neque ita longo intervallo ille venit, Cic. *pro* Plac. and not long after.

To think upon one thing after another. — Aliam rem ex aliâ cogitare, *Ter.* Eun. 4. 2

5. One after another, i. e. in order. — Ex ordine, *Cic.* Agr.

They were after their time. — Inferiores erant, quàm illorum ætas, *Cic. Qu.* Fr. 3. 5.

An hour after. — Interposito unius horæ spatio, *Colum.* 6. 8.

To wait day after day. — Diem de die expectare, *Cic.*

A little after. — Brevi post tempore, *Just.* Postea aliquanto, *Cic.* de Inv.

10. He staid there the next day after. — Ibi diem posterum commoratus est, *Cic.* pro. *Clu.*

Then he walked on the shore, after that into the bath. — Inde ambulavit in litore, posthæc in balneum, *Cic. Att.*

After wit, after thoughts. — Posteriores cogitationes, *Cic. Phil.*

We put off the discourse till afterwards. — Distulimus sermonem in posterum, *Cic. Att.*

To have a foresight of what will follow afterwards. — In posterum prospicere, *Cic.* pro *Mur.*

15. We will consider of these things afterwards. — Posteriùs ista videbimus, *Cic.* pro *Quint.*

They will have cause to rejoyce afterwards. — Fiet, ut postmodo gaudeant, *Liv.* 1. 4.

Some

ome while after.	Interjecto deinde tempore, *Just.*
fter a ſort, in a manner.	Quodammodo, *Cic.* 1. off. 50.
fterwards pardon you me.	Poſt id locorum tu mihi ignoſcito, *Plaut.*
ll after as; ſee All, r. 6.	Hereafter; ſee Here, r. 2.

CHAP. VIII.
Of the Particle Again.

1. Again) *ſignifies generally the* repetition *of an act, and is made by* iterum, rurſus, denuo, *and* de integro; *as,* I.

Plays not worth the reading over again.	Fabulæ non ſatis dignæ, quæ iterum legantur, *Cic.* de Clar.
When they had lift up themſelves again.	Cum ſe rurſus extuliſſent, *Flor.* 4. 10.
A little after he went in again.	Haud multo poſt recipit ſe intrò denuo, *Ter. Phor.* 5. 6.
To fall ſick again.	De integro incidere in morbum, *Cic.* Fam. 12. 3.

Iterum mihi natus videor, quòd te reperi, Plaut. Pœn. *Fis, ut rurſus plebs in Aventinum ſevocanda videatur,* Cic. pro Mur. *Recita denuo,* Cic. *in* Ver. *De integro ordiens,* Cic. *de Clar. Orat.*

Note, *The uſe of* again *in Engliſh, and of* iterum *in Latine, for the* ſecond time *is elegant; as, I named him again and the third time.* Iterum ac tertio nominavi, *Cic.* pro *Roſc. Amer.* Bis à me ſervatus eſt, ſeparatim ſemel, iterum cum univerſis, *Cic.* pro *Dom.*

2. Again) *ſometimes ſignifies the ſame that* back, *after Verbs ſignifying to* come, call, fetch, bring, *&c. And is moſtly implied in the Verb compounded with* re; *as,* II.

He wrote to me again.	Is ad me reſcripſit, *Gell.* l. 10.
I come again to what I wrote in the beginning.	Redeo ad illud, quod initio ſcripſi, *Cic.* in Ep.

Qua

Quæ erepta sunt non repeto, Cic. *pro* Syl. *Vos qui maxime repetistis, atque revocâstis*, Cic. *pro* Dom.

III. 3. Again) *sometimes is put for* hereafter, *and then is made by* post, posthac, *or* postea; *as*,

If I ever find you again in this street.	Si in platea hac te offendam post unquam, *Ter.* Eun.
If ever he do so again.	Si unquam posthac fecerit, *Cic.*
Whom I had never seen before, nor should ever see again.	Quem neque unquam ante videram, nec eram postea visurus, *Liv.* l. 41. c. 4.

Id nè unquam posthac accidere possit providendum est, Cic.

IV. 4. Again) *sometimes notes the doing of a thing* by course, *and in a way of* correspondency *to some other thing that is done, and then is made by* contra, invicem *and* vicissim; *also by* mutuus & mutuò; *as*,

If she shall commend his beauty, do you again commend hers.	Si laudabit hæc illius formam, tu hujus contra, *Cic.* in Ep.
Now you have the affairs of the City; do you again write what is done in the Country.	Habes res urbanas; invicem rusticas scribe, *Plin. Ju*
What is just, is honest; and again, what is honest, is just.	Quod justum est, honestum est; vicissimq; quod honestum est, justum est, *Cic.*
Your love to me again.	Tuus erga me mutuus amor, *Cic.*

Sed & ego quid ille, & contra ille, quid ego sentirem, videbat, Cic. Phil. *Requiescat aliquando tamdiu vexata Italia, uratur, vastetur; invicem Africa*, Liv. *Vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis*, Cic. *Acad. In amici mutua benevolentia acquiescere*, Cic. *de Am. Te ut diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo*, Cic. *Fam. Officiis mutuò respondere*, Id. *ib.*

V. 5. Again and again) *is made by* iterum, *or* etiam *repeated with a conjunction*; *as*,

It thunders again & again with a huge rumbling.	Iterum atque iterum fragor intonat ingens, *Virg. Æn.* 8.

Consider

onſider again and again.	Etiam atque etiam cogita, *Ter.* Eun. 1. 1.

Nam thermis iterum cunctis iterúmque lavatur, *Mart.* 2. 4. *Prædicam, & repetens iterúmque, iterúmque monebo*, Virg. Æn. *Te etiam atque etiam rogo*, Cic. *Fam.* 13. 42.

PHRASES.

s big again and better.	Altero tanto major, *Cic.*
They never left running to and again.	Curſare ultro citróque non deſtiterunt, *Cic.*
nough and enough again.	Satis ſupérque, *Cic.* pro *Roſc.*
f he ever offend again.	Noxam ſi aliam unquam admiſerit ullam, *Ter.* Eun 5. 2.
I intreat you again and again.	Iterum & ſæpius te rogo, *Cic.* Fam. 13. 42.
We muſt take heed, that we ſay not over again what we have ſaid once before.	Cavendum eſt, ne id, quod ſemel ſupra diximus, deinceps dicamus, *Cic.* ad *Her.*
He ſo caſt what was left out of the cup, that it ſounded again.	Reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret, *Cic.* Tuſc.
I'll be here again inſtantly.	Jam hic adero, *Ter.* And. 4.

* *

CHAP. IX.

Of the Particle Againſt.

I. AGainſt) *referring to ſomething to be done* by, *or* at *ſome ſet future* time *expreſſed*, is *made by* in *with an Accuſative caſe*; *as*, I.

He bad him to ſupper againſt the next day.	Ad cœnam invitavit in poſterum diem, *Cic.* 3. Off.

In proximum annum conſulatum peteret, Cic. *Att. l.* 10. *Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat*, Liv. *Dec.* 1. *l.* 1. *In veſperum, in craſtinum*, Plaut. *Pſeud.* 5. 2. *Moſtel.* 1. 1. 64.

But if only a Verb with its Nominative caſe, and not any Noun of Time be expreſſed after it, then it is made by dum *with a Verb*; *as*,

They

They made ready the present against Joseph came Gen. 42.	Interea parabant munus suum dum veniret Joseph. Jun.

II. 2. Against) *joined with* over, *hath reference to the* opposite position, *or* situation *of some thing, person, or place, and is made by* ex adverso, *or* è regione; *as,*

Over against that place.	Ex adverso ei loco, *Ter. Ph.* 1.
Over against one of those bridges.	E regione unius eorum pontium, *Cæs.*

Ea sita erat ex adverso, Ter. Ph. 3. 3. *Luna cùm est è regione Solis, deficit*, Cic. *de Nat. Deor. Diphilus columnas neque rectas, neque è regione collocârat.* Cic. *ad Qu. Fr. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contrariâ parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?* Cic. 4. 4. *Acad.* 39. † *Virgil* often useth *contra* in this sense; *Et adversi contra stetit ora juvenci*, Æn. 5. *Est procul in pelago saxum spumantia contra Littora*, ib. So is *exadversum* used by *Ter.* Ad. 4. 2. *Apud ipsum lacum est pistrilla, & exadversum est fabrica.* And by *Nepos in* Themistoc. *Exadversum Athenas apud Salaminа classem suam constituerent.* And *exadversus* by *Cicero*, l. 1. de Div. *Ara inquit, Aio loquenti, quam septam videmus exadversus eum locum consecrata est.* And *adversum* by *Pliny, Lero & Lerina adversum Antipolim*, l. 3. c. 5.

III. 3. Against) *implying something done, or said, to the* offence, damage, *or* prejudice *of another, is made by* adversus, adversum, *and* in; *as,*

Moneys gather'd up against the Common wealth.	Pecuniæ conciliatæ adversus rempub. *Cic.* in *Ver.*
Should I speak against him—?	Adversúmne illum causam dicerem—? *Ter.* Ad. 4. 5.
He thought it spoken somewhat harshly against him.	Dictum in se inclementius existimabat.

Hic finis armorum civilium: reliqua adversus exteras gentes, Flor. 4. 12. *Adversum se armare aliquem*, Cic. *in Ver. Id quod apud Platonem est in Philosophos dictum*, Cic. 1. *Off.* † *Cicero* useth *contra* in this sense too; *Hæ contra nos omnia faciunt hoc tempore*, pro *Quint.*

4. Against)

4. Against) *signifying* croſs, *or* contrary to, IV.
is made by adverſus, *and* contra; *alſo by* præter
ſometimes, viz. *when there comes after it* mind,
thought, will, law, manner, cuſtom, right, juſt,
good, *and the like.*

I will not ſtrive againſt you.	Non contendam ego adverſus te, *Cic. Att.*
It was againſt his mind it fell out ſo.	Præter ipſius voluntatem, cogitationémq; accidit, *Cic.*
He ſtrives againſt the ſtream.	Contra torrentem brachia dirigit, *Juven.*

Adverſus flumen navigare, Plaut. *Adverſa vobis urgent veſtigia*, Cic. *Som. Scip. Præter morem atque legem civium nimium ipſe durus eſt, præter æquúmque & bonum.* Ter. *Ad. Quid tam præter conſuetudinem, quàm*—Cic. *pro* L. Man. *Si quid contra morem conſuetudinémque civilem fecerint*, Cic. 1. *Off. Contra jus fáſque*, Cic. *Deo adverſo aliquid movere*, Ovid *Ita adversâ uſque tempeſtate uſi ſumus*, Ter.

When contrary to the will, nature, *&c. of the Agent is expreſſed, then* invitus, *and* invitè, *are elegantly uſed*; *as*,

A wiſe man doth nothing againſt his will.	Sapiens nihil facit invitus, *Cic. Parad.*
Do nothing againſt your nature.	Nihil facies invitâ Minervâ, *Hor.*

Ille invitus illam duxerat, Ter. Hec. 1. 2. *Nihil decet invitâ (ut aiunt) Minervâ, id eſt, adverſante & repugnante naturâ*, Cic. 1. *Off. Invitè cepi Capuam*, Cic. Att. *l.* 8. *Invitus quidem feci, ut Flaminium è ſenatu ejicerem*, Cic. *de Sen.* It was againſt my will that——

5. Againſt) *importing to* refuſe, oppoſe, let, V.
or hinder, *is made by a word, or phraſe of like import*; *as*,

I am clear againſt it.	Animus abhorret à [ab], &c.
It may very eaſily be done if the Senate be not againſt it.	Facillimum factu ſit, non aſpernante Senatu, *Cic.* Fam. 15. 10.

Prin-

Primò non adversante, post etiam adjuvante collegâ ejus Cic. *ad Qu. Vos, vos, inquam, ipsi & frequens Senatus re stitit*, Cic. *pro* Rabir. *Nisi seniores obstitissent*, Curt. *l.* *Non recuso quo minus*--Cic. *Fam.* 15. 10. *Nequaquam adversa tus est postulatis*, Symm. *Nihil impedio* [I am not against it] Cic. 1. *off. Ejus opinioni non repugno*, Cic. *pro* Rabir. *N pugno* [I am not against it] Cic. 2. *de Div.* 21.

VI. 6. Against) *noting* defence *or* preservation, *made by* à, ad, adversus, *and* contra; *as*,

I defend the myrtles against the cold.	Defendo à frigore myrt *Virg.*
We may be guarded against strangers.	Tecti esse ad alienos posi mus--*Cic.* pro *Rosc.*
I defended my self by arms against him.	Me armis adversus eum d fendi, *Liv. l.* 42. *c.* 41.
None stood more stiffly for the Senate against the wretched Commons.	Nemo contra perditos civ è Senatu stetit constanc ùs, *Cic.* de Cl. Or.

Ut tutiores à finitimorum impetu essent, Liv. *l.* 42. *c.* 3 *Mirari licet quæ sint animadversa à Medicis herbarum ge ta, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulner* Cic. *l.* 1. *de Div. Scio me à te contra iniquos meos solere d fendi*, Cic. *in Ep. Fatendum est, quod me armis adversi Abrypolim defenderim, fœdus violatum esse*, Liv. *l.* 41. *c.* 41.

VII. 7. Against) *after a Verb of* motion, *is mad by* ad, *or* in; *as*,

Lest thou dash thy foot against the stone, Luk. 4.	Ne offendas ad lapidem p dem tuum, *Bez.*
The billows beat against the shore.	Fluctus illiduntur in litt *Quint.*

Offendere ad stipitem, Colum. *Erigere scalas ad mœ & ad murum*, Liv. *Incurrere in aliquem cæco impetu*, Ci *de Fin. Pontus in scopulos undas erigit*, Lucan. † *Scopulu Offendere*, Cic. *Puppis offendit in scopulis*, Ovid. *Æqu illisa scopulis*, Virg.

PHR

PHRASES.

It will not be against your duty to do either of them.	Utrumvis salvo officio facere potes, *Cic.* pro *R.*
You have nought to say against her.	Cui tu nihil dicas vitii, *Ter.* Hec. 1. 2.
If he offends in any thing, it is against me.	Si quid peccat, mihi peccat, *Ter.* Ad. 1. 2.
Against the hair.	Adversante naturâ, *Cic.* adverso animo, *Plaut.*
They run their heads one against another.	Adversis concurrunt frontibus, *Martial.*
They are so very much against a Republick, that—	Ita à Repub. sunt adversi, ut —— *Cic.* Att.
Be sure you get it done against this night.	Ante istam vesperam opus expeditum approbato, *App.*
I am not against it.	Nihil repugno, *Cic.*
That was most of all against me.	Id mihi erat adversarium maximè, *Cic.* in *Cæcil.*
For will I be against all mens reading my things.	Nec recusabo quo minus omnes mea legant, *Cic.* Fin. 1. 3.

CHAP. X.

Of the Particle All.

1. ALL) *referring to the number of many things,* is *made by* omnis, cunctus *and* universus, *in the plural number; as,*

All men of all orders.	Omnes omnium ordinum homines, *Cic.*
He used to take pains for them all.	Laborem pro cunctis ferre consuevit, *Cic.*
These things I speak of all in general.	Hæc loquor de universis, *Cic.* 4. Acad.

Omnes omnia bona dicere, Ter. *And. Rectorémque ratis de cunctis consulit astris,* Virg. *Æn.* 1. *Unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas unijscujusque, & universorum,* Cic. 3. *Off.*

2. All)

II. 2. All) *referred to the* whole *of any singul thing, is properly made by* totus *and* integer; *also by* omnis, cunctus, *and* universus *in the singular number*; *as*,

I have not seen him all this day.	Hodiè toto non vidi di *Ter.*
Keep it all to your self.	Integrum tibi reserves, C
All that while was I at Naples.	Eo omni tempore Neap fui, *Cic.*
Alexandria, and all Egypt.	Alexandria, cunctaque A gyptus, *Cic.* in *Rull.*
All that shall she go away withall.	Id illa universum abripi *Ter. Phor.* 1. 1.

Sed jam tibi totum omitto, Cic. *pro* Lig. *Senatus habe non potest mense Februario toto*, Cic. *Integram prædam s sanguine habere*, Cic. *pro* Rosc. *Totum palatium erat civita omni, cunctâ Italia refertum*. Cic. *in* Pis. *In tantâ laeti cunctæ civitatis me unum tristem esse oportebat?* Cic. Phil. *Universum studium meum, & benevolentiam ad defero*, Cic. *Fam. c.* 10.

III. 3. All) *is sometimes put for* onely, *and then made by* unus, *or* solus; *as*,

He is all my care.	Illum curo unum, *Ter.* Ad
They live all upon honey.	Melle solo vivunt, *Var.* r. 1.

Sibi commodus uni est, [He is all for himself] Hor. *Sto ci soli ex omnibus Philosophis dixerunt*, [The Stoicks were all the Philosophers that said so,] Cic. *de Orat. Qui sol locus ex privatis locis omnibus hoc præcipuè habet jus*, Cic *de Arusp. Uno solo illo dissentiente*, Cic. *Ib.* † Petron. *seemeth to use* totus *thus*; *Videte quàm parens totam com derit glandem*,— i. e. *fed all upon mast*, i. e. *only on*,— *upon nothing but* —

IV. 4. All) *is sometimes put for* as much as, so much as, how much soever, whatsoever; *and then made by* quantumcunque, *or by* quod, *or* quicquid *with*

with a Genitive caſe, or by quantum, *or* quàm *put for* quantum; *as in theſe Examples*;

All, [i. e. whatſoever] I may.
Add all [i. e. as much as] you will thereto.
All the [i. e. whatever] Judgment I had.
All the beauty they had in their youth, they loſt it.

I ſent to the Prætors to bring up all the Souldiers they had.

All [i. e. how much ſoever] I can, I will withdraw my ſelf from all troubles.
I uſe to help all I can.

I would ſtrive all that ever I could.
Make all the haſte you can.

All that is, or lies in me.
He did all he could to overthrow the Commonwealth.
I will help him all I can.
Let them make all the ſtir they pleaſe.
Comfort her all you can.

Quantumcunque poſſim, *Cic.* 1. Fin.
Quantumcunque eò addideris, *Cic.* 3. Fin.
Quicquid habuerim judicii, *Cic.*
Quod floris in juventute erat amiſerant, *Liv.* l. 7. 6. Maced.
Ad Prætores miſi, ut militum quod haberent, ad vos deducerent, *Cic. Att.* 8. 17.
Quantum potero, me ab omnibus moleſtiis abducam, *Cic.* Fam. l. 5.
Soleo quantum poſſum adjuvare, *Cic.* Fam. l. 13.
Quantum maximè poſſem contenderem, *Cic.* pro *Flac.*
Quantum poteris feſtina, *Plaut.*
Quantum in me erit, *Cic.*
Remp. quantum in ipſo fuit, evertit, *Cic. Att.* l. 6.
Quàm potero adjuvabo, *Ter.*
Turbent porrò quàm velint, *Ter.* Hec. 44. 12.
Iſtam quàm potes fac conſolere, *Ter.* Ad. 3. 5.

Itáne eſt? Inquit, quicquid Satyrii *fuit,* Encolpius *ebibit?* Petron. *p.* 55.

5. At all) *hath ſeveral Negative Particles joined with it*, viz. no, none, not, nothing, never, no where; *and accordingly hath ſeveral elegant ways of rendring.* V.

I. 1. At all) *with* no, *or* none, *is made by* omnino *with* nullus, nequis, ne quidem, nihil; *as*,

There can be no conſtitution at all. | Omnino nulla conſtitutio eſſe poteſt, *Cic.* de Inv.

You know it was moved that no body at all ſhould bring the King back. | Scis interceſſum eſſe, nequis omnino regem reduceret, *Cic.* Fam. l. 1.

So ſhall I conclude that there is in being, not only no good deed of your gods, but no deed at all. | Ita concludam veſtrorum deorum non modo beneficium nullum extare, ſed ne factum quidem omnino, *Cic.* 1. de N. D.

Between theſe things there is no difference at all. | Inter eas res nihil omnino intereſt, *Cic.* 3. de Fin.

Multa poſſunt videri eſſe, quæ omnino nulla ſunt, Cic. *Acad.* 4. 15. *Moventur eodem modo rebus iis, quæ nullæ ſint, ut iis quæ ſint*, Id. ib.

II. 2. At all) *with* not *is made by* omnino *with* non, *or* nequaquam; *elſe by* nullo modo, ne quidem, ne vix quidem, *or* prorſus *with* nullus, *or* nullo modo: *alſo by* minimè; *as*,

I do not go about at all to touch the Greek Poets. | Poetas Græcos omnino non conor attingere, *Cic.*

Not at all his equal. | Omnino ſibi nequaquam par, *Cic.* de Am.

It is hardly, or not at all marred | Vix, aut nullo modo corrumpitur, *Cic.* 2. de Nat. Deor.

They do hardly or not at all appear. | Vix, aut ne vix quidem apparent, *Cic.* 4. de Fin.

I underſtand not any one word at all. | Verbum prorſus nullum intelligo, *Cic.* 2. de Orat.

I do not at all agree to that. | Nullo modo prorſus aſſentior, *Cic.* de N. Deor.

I did not like of it at all. | Id ego minimè probabã, *Cic.*

Si probare poſſimus Ligarium in Africâ omnino non fuiſſe, Cic. *pro* Lig. *Nobis paſtus vix aut ne vix quidem ſuppetunt. Vix aut omnino non poſſe fieri*, Cic. *ad* Att. *Nihil prorſus intelligo*, [I do not at all—] Cic. *Div.* 2. 4. *Quod Socrates minimè probabat*, Cic. 1. *Acad.* 4. *Deinde ut ne interneſcatur quidem*, Cic. 4. 16.

3. At all) *with* nothing *is made by* nihil *with* omnino, prorſus, *or* quicquam; *as,* III.

So that there was nothing at all left.	Ut omnino nihil ſit relictum, *Cic.* Ver. 6.
Nothing at all.	Nihil prorſus, *Ter.* And. 2. 6.
In truth you are aſhamed of nothing at all.	Nihil te quidem quicquam pudet, *Plaut.* Merc.

Ut non multum, aut omnino nihil Græcis cederetur, Cic 1. *Tuſc. Nihil quicquam egregium in hac vitâ ſine quodam ardore amoris*, Cic. 1. *de Orat. Ita paret, ut inter eos nihil prorſus interſit*, Cic. *Ac.* 4. 17.

4. At all) *with* never *is made by* omnino *with* nunquam; *as,* IV.

There was never any doubt at all made of it.	De eo nunquam omnino eſt dubitatum, *Cic.* pro *Balbo.*

Quem omnino nunquam viderat, Cic. *pro* Roſc. Amer. *Cauſas omnino nunquam attigêre*, Cic. 2. *de Orat.*

5. At all) *with* no where *is made by* omnino *with* nuſquam; *as,* V.

It is found no-where at all.	Omnino nuſquam reperitur, *Cic.* de Am.

Fratrem nuſquam invenio gentium, Ter. *i. e. omnino nuſquam*, ſaith *Pareus. Quod ego huic dem nuſquam quicquam eſt*, Plaut. Aſin.

6. All after as) *ſignifies* accordingly as, *and is made elegantly according to theſe Examples following.* VI.

All after as a man has good fortune.	Proinde ut quiſque fortunâ utitur, *Plaut.*
All after as the thing is.	Pro conditione rei, *Quint.*
All after as it is in bigneſs.	Pro magnitudine rei, *Cic.*
All after as it is in thickneſs.	Pro modo craſſitudinis, *Col.*
All after as the caſe requires.	Perinde ut cauſa poſtulat, *Cic.* 4. Acad.
All after as fodder is to be had	Exinde ut pabuli facultas eſt, *Var.* de r. r. 1. 21
All after as the air is temperate.	Perinde utcunque temperatus ſit aer, *Cic.* Div. 42.

VII. 7. All one) *hath ſeveral uſes, and is made after ſome of theſe Examples.*

This is all one as if I ſhould ſay. | Hoc perinde eſt tanquam ſi ego dicam, *Gell.* 15. 9.
I reckon it all one as if— | Perinde cenſeo, ac ſi, *Tac.*
It is all one as if— | Idem eſt ac ſi—*Quint.*
This is all one with that. | Hoc unum & idem eſt atque illud, *Cic.*
It is all one whether. | Nihil intereſt utrum, *Cic.*
It is all one to you whether. | Tuâ nihil refert utrum, *Ter.*
It is all one to me. | Nihil moror; non magnopere laboro; nihil meâ refert, *Plaut. Cic. Ter.*
It was all one to thoſe that killed him, what he ſaid. | Non interfuit occidentium, quid diceret, *Tacit.* 1. Hiſt.

PHRASES.

It comes all to a thing. | Eodem recidit; tantundem egero, *Ter.*
He is all for himſelf. | Sibi ſoli cavet; duntaxat proſpicit.
All's hucht; quiet. | Otium & ſilentium eſt, *Ter.*
He is under water all but the head. | Extat capite ſolo ex aquâ, *Cæſ.*
5. There reſted I all night long | Ibi quievi noctem perpetem, *Plaut. Amph.*
All on a ſuddain. | De improviſo, *Ter.* And. 2. 2.
My Maſter bid me leave all, and mind Pamphilus. | Herus me, relictis rebus, juſſit Pamphilum obſervare, *Ter.*
This is all. | Tantum eſt, *Ter.* Hec.
This is all that is left of the money. | Tantum reliquum eſt de argento, *Cic.*
10. When all came to all. | Ad extremum; tandem, *Cic.*
Giving all for gone. | Tranſactum de partibus rerus. *Flor.*
We have had ſuch croſs weather all this while. | Ita uſque adverſâ tempeſtate uſi ſumus, *Ter.* Hec. 3. 4.
Bené ne uſque valuit? Plaut. Bacch. 2. 3.
All this while. | Uſque adhuc; tamdiu, *Ter.*
All under one. | Unâ operâ; ſimul, *Ter. Plaut.*
15. Two and thirty were all that were miſſing. | Triginta omnino & duo deſiderati ſunt, *Curt.* l. 3.

All

All my fault is that —— Summa criminis eſt, quòd, *Cic.*
Here and there, and all at once. Hic & illic ſimul, *Plaut.* Moſtel. 3. 2.
There were but five in all that — Quinque omnino fuerunt, qui—*Cic.* pro *Clu.*
By all means. Quoquo pacto; quacunque ratione, *Ter. Cic.*
Without all doubt. Sine ulla dubitatione, *Cic.*
On all ſides. Quaquà verſus, *Cæſ.*
When you were buſieſt of all. In ſummâ occupatione tuâ, *Cic.* Fam. 11. 15.
How many are there [or come they to] in all? Quanta hæc [hominum] ſumma? *Plaut.* Mil. 1. 1.
But yet that is not all. Sed nequaquam in iſto ſunt omnia, *Cic.* de Sen.
With all ſpeed. Quàm primum; quantum poteſt, *Ter.*
In all haſte. Quàm maximo poſſet curſu. / Omni feſtinatione, *Curt.*
It is not all a caſe. Non par ratio eſt; alia cauſa eſt, *Cic.*
The war broke out all on a ſuddain. Bellum ſubito exarſit, *Cic.* pro *Ligar.*
Juſt for all the world as— Simillimè atque—*Cic.*
And you and all. Et te quoque etiam, *Plaut.*
He had loſt his faith and all. Perdidiſſet fidem quoq; *Quint.*
They are not all in a tale. Non cohærent, *Ter.* And. 2. 2.
He will not put out all his ſtrength. Minùs aliquanto contendet, quàm poteſt *C.* in *Cæcil.*

Submonition. *In ancient times the Particle* All, *both alone and together with other Particles, had ſundry uſes, which now are grown almoſt, if not wholly, out of uſe. Sometimes alone it was uſed as an* expletive, *as* All in a Sunſhine day, &c. *Sometimes it ſignifies* much, *as* All too ſad, all too rathe; i. e. *much too ſad, much too ſoon*; all otherwiſe, *i. e. much or far otherwiſe*; all ſo, *i. e. much, or juſt, or even ſo. Sometimes with* as *it ſignified* ſo, *ſometimes* altogether *or* ſuch; *with* for *it ſignified* ſithence all for, *i. e. ſithence for as much as, or becauſe that*; *with* were *it ſignified* though, *or* although; *as* I had rather be envied All were it of my foe, than pitied; *with* to *it is uſed as an* expletive; *ſo that which in* Judges 9.

53. *in the Engliſh is,* All to break his skull, *in the Greek is but* ἔκλασε τὸ κρανίον αὐτῦ, *and in the Latine no more but* confregit cerebrum, *or* cranium ejus. *Where it is an* expletive, *it is to have nothing made for it; in other uſes it is to be made by the Latines for thoſe Particles for which it ſtands.*

All *joined with* Long, *ſee* Long; *with* For, *ſee* For.

CHAP. XI.

Of the Particle Along.

I. 1. A Long) *having* with *joined to it, is made by* unà; *as,*

I will go along with you home.	Unà tecum ibo domum, *Plaut. Menach.*

Mecum unà advectus eſt, Ter. Hec. 3. 4. *Ducit ſecum unà virginem,* Ter. Eun. 2. 1.

II. 2. Along) *when it hath not* with *coming after it, is made by* per; *as,*

I will ſend ſome along the ſhores.	Per littora certos Dimittam, *Virg.*

Huic cervix comaque trahuntur Per terram, Virg. Æn. 1. *Per muros turreſque tormenta diſponunt,* Curt. l. 4.

Or by the Ablative caſe of the following Subſtantive governed of in, *underſtood; as,*

I was going along the high-way.	Publicâ ibam viâ.

Ibam forte viâ ſacrâ ſicut meus eſt mos, Hor. *Serm.* l. 1 *Sat.* 9.

Or elſe it is included in the Latine of the foregoing word; as,

To lie along.	Recubo.

Tu patulæ recubans ſub tegmine fagi meditaris, Virg. *Ecl.* 1. *Abjecit ſe in herbam,* Cic. *Abjiciunt ſe humi,* Plin. *Jun. Inclinavit ſe in lectum,* Petron.

CHAP.

CHAP. XII.

Of the Particle Among.

1. Among) *not having* from *before it, is generally made by* inter ; *yet ſometimes by* in, *and* apud ; *as,* I.

I know theſe things uſe to be ſaid among the Greeks.	Non ſum neſcius iſta inter Græcos dici ſolere, *Cic.* de Orat.
He is not to be reckoned among great Men.	Hic in magnis viris non eſt habendus, *Cic.* 1. Off.
Hence there grew many great diſcords among the Athenians.	Hinc apud Athenienſes magnæ diſcordiæ ortæ, *Cic.* 1. Off.

Hortenſius ſuos inter æquales longè præſtitit, Cic. *de Clar. Or. Inter ſe regiones, quas obirent, & milites diviſerunt,* Liv. 1. 42. c. 37. *Nunquam ego pecunias in bonis rebus eſſe numerandas duxi,* Cic. *Parad* 1. *Quæſitum eſt apud majores noſtros, num*—Cic. *de Orat.* † Cicero *de Nat. Deor.* hath, *Homines morte deletos reponere in deos.*

Note 1. Among) *is chiefly made by* in *and* apud, *where conſociation, or commoration is noted: but hardly or not at all, where diviſion, or partition.* Partiuntur inter ſe, *is good; it is in* Cicero : *ſo is,* Inter ſe diviſerunt, *it is in* Livy : *but* Partiuntur apud ſe, *or in* ſe, ; apud ſe, *or* in ſe diviſerunt, *or any thing like it, I no where yet find.*

Note 2. *The uſing of* in *for* among, *is a Greciſm ; for ſo indeed* ἐν *ſometimes ſignifies,* Ὀργὴ ἐν μελίτῃσιν, *Prov.* Busb. *Gram. Greek,* p. 204. 2 Cor. 13. 5. Οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστίν : Exod. 17. 7. Εἰ ἔστι Κύριος ἐν ἡμῖν, ἢ οὔ, Michææ 3. 11. Οὐχὶ ὁ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν : See Durrer. *Partic.* p. 205. *and ſo εἰς, as* Lucian. εἰς τοὺς ἥρωας κατηλέγη.

2. Among) *having* from *before it, is made by* ἐκ *or* ex ; *as,* II.

Whom alone ye had choſen out from among all.	Quem unum ex cunctis delegiſſetis, *Cic.* cont. *Rull.*

Itaque delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina, Cic. *pro* Mil. *Si vobis ex omni populo delegendi poteſtas eſſet*, Cic. *cont.* Rull.

Note, *So it is made when it ſtands for* of *or* out of, *or any way notes ſelection or pre-eminency*; *as*, Ei ex aliis Gallis maximam fidem habebat, *Cæſ.* Id ſolum ex his quæ imperâſſet non faciendum eſſe cenſerem, *Curt.*

PHRASES.

They are not liked among the common ſort.	Non ſanè probantur in vulgus, *Cic.* Præf. Parad.
He had like to have been loſt among them.	Penè harum ipſiúſque operi periit, *Ter.* Hec. 3. 5.

CHAP. XIII.
Of the Particle And.

I. 1. AND) *coming next before* not, *and prohibiting an Act following, is elegantly made by* autem ; *as*,

You ſhould relieve him, and not rail at him.	Oportet te hominem ſublevare, non autem jurgia adoriri.

Conjunctio autem *ſæpe quidem idem eſt quod* ſed: *verùm plerumque continuat orationem, nec tam ſignificat* ſed, *quàm* Er. Turſel *de Partic. Lat. Orat.* c. 30.

Note, And) *in this ſenſe is put for* but; *and may be made by* verò *as well as* autem; *and in affirmations, as well as negations.* See But r. 10.

II. 2. And) *parted from his negative following, is elegantly expreſſed by* nec, *or* neque; *as*

He begins again the old wars, and cannot be quiet.	Renovat priſtina bella, nec poteſt quieſcere, *Cic.* Som. *Scip.* 2.
And do not you ſay, you were not told of this.	Neque tu hoc dicas, tibi non prædictum, *Ter.* And. 1. 1.

Createrram ipſam volutantur, nec in hunc locum niſi multis exagitati ſeculis revertuntur, Cic. *Som* Scip. *Fuit tempus cum*

tuta

ra colerent homines, neque urbem haberent, Varr. *de R. R.* 3. *c.* 1.

Note, Ac *and* Et, *may alſo in this ſenſe be uſed*;

ing home your wife, and do not croſs me.
Reduc uxorem, ac noli adverſari mihi, *Ter.* Hecyr.

his man, if he agree with himſelf, and be not ſometimes overcome with goodneſs of nature.
Hic, ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur.—*Cic.* 1. Offic.

Parvulâ lippitudine adductus ſum, ut dictarem hanc Epiſtolam, & non, ut ſoleo, ad te ipſe ſcriberem, Cic. Qu. *Fr.* 2. 2.

3. And) *coming before* yet *and* therefore, *may* III.
Latine be omitted, having nothing made for it t the Latines of thoſe Particles; *as*,

he Conſul ſees, and yet he lives.
Conſul videt, hic tamen vivit, *Cic.*

nd therefore whilſt you have time, conſider.
Proin tu, dum eſt tempus, cogita, *Ter.* Eun.

Sine tuo labore, quod velis, actum eſt tamen, Plaut. *Epid.* *ic non eſt locus: proin tu alium quæras, cui centones farcias*, . Ib. 3. 4. *Proinde fac tantum animum habeas, quanto us eſt*, Cic. 12. *Ep.* 6. *Nec tamen omnes poſſunt eſſe Scines*—[And yet all cannot be] Cic. *de Sen.*

4. And) *coming together with* if, *many times* IV.
ath nothing more to be made in Latine for it, beſides the word for if; *ſometimes it hath* quòd *made r it*; *as*,

hat and if ye ſhall ſee? Joh. 6. 62.
Quid igitur ſi videritis? *Eraſm.*

ut and if—Spencer.
At ſi—*Bathurſt.*

Quòd ſi tu idem faceres, Ter. *Hec.* 2. 2.

ote 1. *Sometimes* and *alone, is put for* and if (*in this ſenſe.*)

ut and you will not forgive, Matth. 6. 15. Tyndal.
Si autem non remiſeritis, *Bez.*

ot and you would have killed me.
Non ſi me occidiſſes, *Petron.*

Quod

Quòd ſi rem aſtu tractavit, Ter. *Eun.* 5.

Note 2. And, *in this ſenſe frequently hath the pronunci*
tion of the Greek ἄν for ἐαν; and if it come not from it,
hath the ſignification of it, ἄν τινῶν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτί
Joh. 20. 23. Si quorum remiſeritis peccata, *Paſor.*

V. 5. *When* and *comes betwixt two Verbs Activ*
there may be an elegant tranſlation of them, by p
ting a Participle inſtead of the former Verb, and t
Particle and; *as,*

Whom his Mother conceived and boze.	Quem Mater conceptum g nuit, *Virg.* Æn.

Iſque his Æneam ſolatus vocibus inſit, (Æn. 5.) i. e. *ſolat*
eſt, & inſit, Serv. *in loc. Montem, quem perpetuâ quinde*
millium foſsâ comprehenſum cinxit, Flor. 4. 12. *Quem pr*
mi exceptum in caſtra receperunt, Curt. *l.* 4. This is an i
tation of the Greeks, who for elegant brevities ſake pu
Participle for a Verb and the Conjunction ᾧ, as *Luc*
μεθύσας ἐξενύφλωσέ με, i. e. me inebriatum excæcavit,
ἐγὼ ᾧ συλλαβὼν αὐτῶν τινὰς κατέφαγον, ego vero comprehe
ſos ipſorum quoſdam devoravi, Vid. Viger. *Idiotiſm. c.* 6. *ſ*
r. 14. *& Clariſſ.* Busbei *Gr. Gram. p.* 181.

VI. 6. And) *in moſt other caſes is to be tranſlat*
by ac, atque, &, nec non, que *and* tum; *as in t*
following Examples.

Servitio premet, ac victis dominabitur Argis, Virg. *Æ*
Etiam atque etiam cogita, Ter. *Eun.* 1. 1. *Sunt alii Phil*
phi & hi quidem magni, qui—Cic. 5. *de Nat. Deor. N*
te Bacche canam, nec non ſylveſtria tecum Virgulta, Vi
Georg. 2. *Tibi, ut debeo, gratulor lætórque*, Cic. 2. *Fam.*
Lentulum noſtrum cùm cæteris artibus, tum in primis imi
tione tui fac erudias, Cic. *l.* 1. *Ep.* 8.

PHRASES.

And you and all.	Et te quoque etiam, *Plau*
He had loſt his faith and all.	Perdidiſſet fidem quoq; *Q*
And why ſo?	Nam quid ita? quamobr tandem? *Ter.*

By little and little. | Paulatim; ſenſim; pedetentim, *&c.*

Now and then. | Nonnunquam; interdum; 5. identidem; ſubinde.

To run up and down. | Surſum deorſum curſitare, *Ter.*

Hither and thither. | Nunc huc, nunc illuc, *Virg.* huc & illuc, *Cic.*

I commend them, and that deſervedly. | Ego illos laudo, idque merito.

Equidem expectabam jam tuas literas, idque cum multis, ic. 2. *Fam.* 10. 14. *Quanquam te, Marce fili, annum jam dientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet præcep-s*—Cic. 1. *Offic.* Ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ταῦτα [*idque*] τῆς ωτῆς ἱερεὺς ὢν Διός. Ariſtoph. *in* Plut. *Vide* Devarii *artic. Græc. p.* 10. *Edit.* Rom.

And withall becauſe; that; leſt. | Simul quòd; quia; ut ne; *Cæſ. Sal. Cic. Ter.*

How can we go out and not be ſeen? | Quomodo poſſumus egredi, ut non conſpiciamur? *Ter.*

By and by; ſee By, r. 13.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

CHAP. XIV.

Of the Particle As.

As) *before a Verb, or a Participle of the Preſent Tenſe, having the ſign of a Verb Paſſive before it, implieth time of Action, and is made either by a Participle, or by a Verb with* dum, cum, ubi, *or* ut: *or by the Preposition* in, *with an Ablative caſe; or* inter *or* ſuper *with an Accuſative caſe; as,* I.

And as he flew [or was flying] he looked down upon the Munichian fields. | Munichióſque volans agros deſpiciebat, *Ovid.* Met. 2.

As I ſtood [or was ſtanding] at the door, an acquaintance of mine came towards me. | Dum ante oſtium ſto, norus mihi quidam obviam venit, Ter. Eun. 5. 2.

As

As I folded [or was folding] up this letter, the Carrier came to me.

Cum complicarem hanc pistolam, ad me venit tabellarius, *Cic. Att.* 12.

As I was going into the nursery, [or was about to go.]

Ubi in gynæceum ire occipio, *Ter. Phor.* 5. 6.

As he was sitting on a green bank of grass.

Ut viridante toro consederat herbæ, *Virg.* Æn. 5.

He studieth as he goeth [or is going] his journey.

In itinere secum ipse meditatur. *Cic.* 1 Offic.

Had this befallen you, as you were at supper.

Si inter cœnam hoc tibi accidisset, *Cic.*

These things did Hegelochus talk as we were at supper.

Hæc Hegelochus dixit per cœnam, *Curt.* l. 6.

Istuccine interminata sum abiens tibi? Ter. *Eun.* 5. 1. *Tibi boni plebis vobis inspectantibus vulnerati*, Cic. *ad Quir. Cum hæc legeres jam tum decretum arbitrabar fore*, Cic. l. 1. *Ep.* 1. *Interea dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur*, Cic. *Nam ut numerabatur forte argentum intervenit homo de improviso*, Ter. *Adelph.* 3 3. *Accepi à te epistolam in ipso discessu nostro*, Cic. Qu. Fr. 2 13. *Hæc inter cœnam Tironi dictavi, ne mirere alienâ manu esse*, Cic. Att. *De hujus nequitiâ sanguinariis sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur*, Plin. *ad* Sempron. Ruf l. 4 where *super cœnam* signifieth *inter cœnam*, or *inter cœnandum*, as *Eman. Alvarus* de Instit. Gram. p. 403. and *Voss.* Syntax. Latin. p. 85. expound it.

II. 2. As) *with these Particles* to, *or* for *after it is often put for* anent, touching, concerning, *or* so far as concerneth; *and then is made by* de, quod, quatenus, ad, quod ad, *or* quantum ad, † *as in Example*;

† In these Phrases, *attinet, pertinet*, or *spectat*, is understood, as it is sometimes expressed.

As to the keeping of our liberty, I agree with you.

De libertate retinendâ tibi assentior, *Cic.* ad *Att.* l. 15. Ep. 13.

As for what he spake of religion, in that Bibulus was yielded unto.

Quatenus de religione dicebat, Bibulo assensum est, *Cic.* Fam. 1. 2.

I will do that, which, as to the severity of it, shall be more mild; and as to common safety, more profitable.

Faciam id, quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius, *Cic.* Cat. 1.

As

for Pomponia, I would have you write, if you think good.
Quod ad *Pomponiam*, si tibi videtur, scribas velim, *Cic.* ad *Qu.* Fr. 3. 1.

for your excusing your self afterwards, I'll not value it a rush.
Tu quod te posterius purges hujus non faciam, *Ter.* Ad. 2. 1.

De Tullia meâ, tibi assentior, Cic. Att. 6. 1. *Vidi forum, ornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationeque acerbo & lugubri*, [*hoc est.* saith Pareus, *de Partic. L. p.* 593. *Quantum ad speciem, vel ad sensum,*] Cic. 3 *Ut se res tota habeat, quod ad eam civitatem attinet*, onstrabitur, Cic. Ver. 4 *Nam quod precatus es; ut*—Plin. eg. *p.* 385. *Quantum ad porticus, nihil*—Plin. *jun. Quan- attinet ad antiquos nostros*, Varro. *Nam quod me ascr- nunc vir, sum extra noxiam*, Ter. *Hec.* 2. 3. *Quod ad ab- entiam attinet*, Cic. Att. 5. 10.

3. As) *in the latter clause of a sentence answer-* III.
to such, *or* such an one *in the former, is made*; qui *or* qualis; *as*,

shew your self such an one, as I have known you from a child to be.
Præsta te eum, qui mihi à teneris unguiculis es cognitus, *Cic.*

shew your self now to be such an one, as you have already shewn your self before.
Præbe te talem hoc tempore, qualem te jam ante præbuisti, *Cic.*

Neque enim ii sumus, quos vituperare ne inimici quidem post- Plin. *jun. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis*, Cic. m. 6. 19. *Talem igitur te esse oportet, Qui te ab impiorum ium societate sejungas*, Cic. *Fam.* 10. 6. *Estne quisquam ita sipiens, qui credat*—Cic. 2. *Div.* 23. *Vide* Franciſci Syl- *Progymnasmata, cent.* 1. *c.* 85. *Hither referr* as *after* me, *used by some for* that, *or* which, *and made by* qui.

4. As) *coming in the former part of a similitude,* IV.
gether *with, or for these Particles,* like, even; † *answering in the latter part to* so *in the former,* d *generally when* manner *or* custom *is referred* to, *is made by* quemadmodum, ut, velut, sicut, omodo, † atque; *as*,

† *As- que is only u- sed in the lat- ter clause.*

Even

Even as it is the part of a wise man to bear the chances of fortune stoutly; so it is the property of a madman to be the causer of his own bad fortune.
Quemadmodum sapientis fortuitos casus magno nimo sustinere; ita mentis est, ipsam sibi lam facere fortunam, lum.

Like as that was troublesome, so is this pleasant.
Ut illud erat molestum, hoc est jucundum, Fam. 7.

From which judgment he escaped naked as from a fire.
Quo ex judicio, velut incendio, nudus effu *Cic.* pro *Mil.*

I went as my manner is.
Ibam, sicut meus est mos,

You have so made me Consul, as few have been made in this City.
Ita me feciſtis consul quomodò pauci in civitate facti sunt, *Cic.*

The end of felicity shall be like as it was before.
Similis erit finis boni, au antea fuerat, *Cic.*

Si verum sit, hoc ita, quemadmodum dico, esse factum, Ver. 4. *Ut quisque suam vult esse, ita est,* Ter. *Adelph.* 3. *Ac ve ut Edoni Boreæ cum spiritus alto Insonat Ægæo, Sic, Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt,* Virg. 12. *Vide* Stewich, *p.* 438. *Visa quædam mittuntur à velut ea, quæ in somnis videntur,* Cic. *Ac.* 4. 15. *Hæc exposui, ita gesta sunt,* Cic. *pro* Milone. *Postulatio bre & quomodo mihi persuadeo, aliquanto æquior,* Cic. *pro* Amer. *Vide* Turſel. *de Partic. Lat. Orat. c.* 173. *num.* 7. *Non dissimile est atque ire*——Cic.

